









cessat obligatio legis, secundum dicta l. i. n. 868. ergo quamvis ratio periculo absolute proximi cessat respectu hujus persone, non ideo cessat obligatio vitandi periculum absolute proximum, ita Ovidio n. 51. Bonaparte d. 9. n. 123. Bosco supra & alii. Resp. N. suppositum ante nempe quod finis legis cesset in aliquo particulari, si pergit obviare reliquos, secundum dicta l. i. n. 868. R. 2. N. conf. leges alie obligant absolute omnes ob communem presumptionem, quod ratio legis reperitur in omnibus; hinc licet finis legis videatur cessare in aliquo particulari, reipso non cessat, quia finis eius erat hoc obtinere, quod precepit, quia communitur apud omnes obtinetur per observationem legis, uti loco cit. explicatum est: E contra lex vitandi periculum peccati non est lata ex presumptione, sed est lex naturalis, tunc tantum obligans, quando ratio dicitur esse & manere periculum proximum respectu ad operantem. Nego autem esse legem obligantem ad vitandum absolute periculum de se proximum, si nempe hic & nunc fiat remotum, & non sit conjunctum cum peccato.

*Insp.* Ergo lex naturalis etiam non prohibebit simplicem fornicationem, si hanc non sit peccati proli, sed hanc antecedenter provideat de alimentis, & caveatur omnia damna que inde nasci possent, ita Ovidio, R. Non possessionis cavere, uti fateatur ipse Ovidio n. 150. nam inter cetera unum prejudicium habet oppositionem cum lege naturali, ad hanc manet prohibita per legem Dei positam, non mechabere, aliaque humanas, idque ob prejudicia & damna, que communitur ex illa sequuntur, quamvis hic & nunc per accidens non sequerentur: de vitando autem periculo materiali peccati nulla talis lex potest ostendi.

261 §. 9. Si quis nullo modo possit facere, ut cum occasione externa non sit conjunctum periculum formale peccandi, dubium est, an sit obligatio eam occasione externam defendendi, etiam cum quocumque incommodo, quamvis deberet subire jacturam omnium bonorum fortune fame & vite: negant enim ad hoc teneri AA. gravissimi, quos recensent Casp. l. 2. p. 9. §. 2. Tamb. de Confess. l. 2. c. 2. n. 10. Honorat. Fabri in Apologia, Dialogo Anonymi ad Anonymum, Gob. in Quint. l. 5. c. 23. n. 80. & in Exp. l. 7. n. 229. Burgh. Cent. 2. cap. 66. Stoz. l. 2. n. 106. Palav. supra, Vind. Gob. p. 2. prop. 23. dicuntque non peccare eum, qui ex tali necessitate gravissima manet in occasione proxima, & sit ipse, quamvis incerta vincendi: imo extendunt hoc aliquid ad casum, quo quis ex revelatione sciret se peccaturum, si in ea occasione maneret, sed hi audiendi non sunt. Rationem dant priores, quia talis occasio non est peccatum, neque moraliter possibile est eam vitare, ergo est involuntaria, quam quis dicitur potius pati aut permittere, quam ponere aut velle. Addit Palav. obligationem fugiendi talem occasionem alaturam plura peccata, quam impeditur, quia ordinarie violaretur, ergo non est credibile esse talem obligationem. Conf. Quia si esset obligatio cum tam grandi incommodo vitandi occasionem peccati mortalis, etiam esset obligatio vitandi occasionem peccati venialis, quod videtur nimis durum. Arque ex hac doctrina inferunt multa corollaria Jo. Sanch. a. n. 9. & Ovidio a. num. 158.

E contra Gaj. Lop. Corr. Graff. Lor. Tan. Card. alique apud Jo. Sanch. & apud Stoz. supra dicunt non curanda esse talia incommoda, sed moralem impossibilitatem vincendam, ac fugiendam talia pericula formalia, etiam cum jactura omnium bonorum fortune fame, & vite, si aliter excludi non possit, quia homo, tenetur etiam cum jactura vite vitare omne peccatum, si tenetur potius mori, quam peccare, etiam tantum venialiter, ergo etiam si tenetur vitare periculum formale peccati: velle enim manere in illo est moraliter velle peccatum, quia tale periculum formale & peccatum sunt moraliter idem: sed nullo casu licitum est velle peccatum, ergo nec tale periculum. Conf. Quia imprudenter agis & peccas contra charitatem propriam, si velis occurrere Leoni, cum periculo mortis corporalis, multo magis, si sic te exponas periculo anime. Nec dicitur potest, quod sit tantum permissio peccati, nam licet peccatum alienum permitti possit, tamen concepi non potest, quomodo quis dicitur permittere internum & formale peccatum proprium, si enim permittit, admittit, ergo peccat: unde sicut qui ex metu mortis mentitur, peccat, quamvis non mentitur, si abesse metus mortis: ita peccat qui ex metu mortis manet in periculo formali, cum quo moraliter est conjunctum peccatum. Si dicitur, permitti tantum peccatum proprii peccati, contra est, quia N. hoc licite permitti, uti licite non permittitur proprium peccatum, aut periculum proprii mortis corpore occurrendo: com. do itaque quod aliquando permitti potest occasio externa, removendo periculum formale peccati, sed nego permitti posse periculum formale, quia hoc esset illud cum peccato admittit, Nec iterum refert, quod sit moraliter impossibile fugere tale periculum, eo quod hoc videtur superare humanam infirmitatem: quia cum illa morali impossibilitate adhuc manet libertas sufficiens ad peccandum, ut in illo, qui ex gravissimo metu mortis certo incurrendo mentitur, quamvis sit moralis impossibilitas non mentiendo, tamen certum est, quod peccat mentiendo: ergo.

Hec 2. sententia admodum rigida est, attamen videtur vera, cujus probabilitatem agnoscit Boleo n. 279. Et quamvis pro opposita sententia AA. plurimi; plerique scripserunt ante damnationes variarum propositionum, que hinc materia magna lucem attulerunt, unde hec secunda sententia potest confirmari ex damnatione propositionis 41. ab Alex. VII. facta: Non est obligan-

aus concubinaris ad efficiendam concubinam, si hoc nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarum, vulgo Regalo, dum deficienti illo nimis egre agebat vitam, & alia epula talem magno conto concubinaris afficerent, & alia familia nimis difficile inveniretur. Ex qua damnatione fit tale argumentum: Retentio concubine non est peccatum, sed tantum occasio proxima peccandi, & tamen est obligatio illam magnam naceretur, quamvis utilis, quamvis postea talem ageretur, quamvis nimis difficile reperiret altera: hinc autem videtur esse gravissima incommoda, nam tatio magno affici, valde agere vitam agere, & judicio Medicorum sunt morbi graves, ex quibus multi contabuerunt, ergo: Qui primam benigniorem sententiam volens detulit, legit Vind. Gob. supra.

§. 10. Non est obligatio fugiendi periculum leve peccandi, quia, aliquando debeat de hoc mundo exire, inquit Apollonius l. ad Cor. 5. nam ubique fere est hoc periculum. Et ratio ulterior est, quia periculum leve proprie non est periculum, qui enim iudicatur vere ibi esse periculum, temere & imprudenter iudicaret, ergo non est obligatio vitandi tale periculum. Ex dictis Inferitur, opus venialiter malum, imo & indifferens fieri peccatum mortale, si per illud aliquis se exponat periculo formali certo aut probabili peccandi mortaliter, non tamen si se exponat periculo tantum levi.

§. 11. Circa hanc notanda sunt praterea seqq. 1. Per periculum peccati hic intelligitur periculum liberi consensus in peccatum, non autem periculum solius tentationis ad peccatum, nec periculum alterius consensus, se exponere periculum tentationis, item aliquando turpium morum & similitum effectuum, uti sepe dicitur est; hic tantum dicimus, quod ubi advertitur esse formale periculum consensus in peccatum, tale periculum vitari debeat.

2. Nec debet passim absque ratione apprehendi periculum peccati: sicut enim foret nolle loqui cum hominibus, ne imo mali audias, nolle salutare mulierem, ne te seducat &c. quid per hoc temere iudicis, vel suspicaris de proximo, quasi esset malus, quod est contra Charitatem & Iustitiam, cum quilibet debeat presumi bonus, donec probetur esse malus. Et quamvis per accidens audiretur, aut ab alio fieri aliquid mali, non ideo tu es causa, sed ideo sitam consensus. Si autem quis a seipso timeat periculum, suspicasse agere illud per illos timores, unde expedit, ut sine timore ita agat in omnibus, sicuti videt sine timore agere alios, qui communitur habentur prodentes & probi; si quid mali prater intentionem sequatur, permittat ac contemnat, & sic facilius vincet pericula.

3. In mercatura non est, per se, occasio proxima peccati, hinc potest quis eam exercere, uti recte Boleo n. 251. quia potest quis, si tantum mediocriter sit timoratus, ea peccata vitare, & periculum, quod hic maxime oritur ab intrinseca cupiditate subiecti aut ab aliis circumstantiis, que per accidens se habent ad mercaturam, reddere remorum aut leve.

4. Si milita alicui sit occasio proxima peccati, uti esse potest illi, qui militiam sequitur, ut gaudeat libertate, aut impune agat, quidquid volet, talis tenetur militiam deserere, de cetero militiam per se licita est, nec censeri debet absolute occasio proxima peccandi, ut recte Bosco supra.

5. Qui non potest vitare occasionem externam, tenetur periculum formale peccandi cavere per actus internos vel per alia media: hinc filius, qui a patre necesse discedere, nec conversationem cum domestica ancilla cavere, cum qua frequenter peccat, neque facere, ut e domo paterna expellatur, tenetur extenuare periculum formale relabendi per actus suos proprios, scilicet per magnam detestationem peccati, considerationem exterminorum, intentionem propositorum, preces ad Deum, penitentias voluntarias, aliaque, que ipsi Confessarius suggeret. Quod si nihilominus maneat periculum proximum, tenetur cum quocumque incommodo, etiam cum dispendio vitæ, abire.

6. Quando occasio externa est conjuncta cum passione vehementi, vel cum habitu vitioso, vel cum forti tentatione, peccat, qui non desistit; quod maxime valet in materia luxurie, & quoad aliquos homines, in materia iracundie & furis: nec fatuus est, quod velit per actus internos tollere periculum formale, quia manet in occasione proxima, nec potest excludere formale periculum, rarissime enim poterit se ita armare, quin in occasione cadat, uti experientia docet.

7. Qualicumque sit necessitas se exponendi periculo peccati, semper hinc est obligatio avertendi periculum formale peccandi; hinc qui per experientiam scit se communitur non posse avvertere hoc periculum: sed fore peccare mortaliter, saltem cogitatione, quando conversatur cum tali foedo, loquitur cum illa puella, intemperanter bibit, accedit ad istam domum &c. absolvi non potest, si hoc nihil efficaciter vitare. Similiter absolvi non potest, si quis antehac monitus, reipso non removeat occasionem externam, v. g. puellam ex domo; nec satis est, quod nunc proponat, sed debet abire removevis, nisi nunc esset nova & certa ratio iudicandi, quod statim post remoturus esset, quod rarissime credi debet, cum experientia doceat, nisi facile iterum mutari voluntatem, & ita docent DD. universi, inquit Jo. Sanch. supra n. 6. Ratio autem est manifeste, quia si nunc abolutionem non removeat, cum per experientiam sciat se solere talia proposita mutare, exponit se periculo proximo postea iterum non removeandi, aut saltem non statim removeandi, ad quod tamen tenetur sub mortali, ergo exponit se periculo mortali, & hoc ipso peccat mortaliter, ergo non est capax abolutionis.

8. Quamvis Gob. in Quint. l. 5. c. 32. n. 20. putet absolvi posse quosdam puellas, que non habent propositum nunquam amplius admittendi procos secum in lectum, & tamen propositionem pro plebeis rutilianis in Germania conetur detendere Vind. Gobat prop.

prop. 12. tamen hoc prorsus rejiciendum est, licet etiam dicant inter sex aut septem vires, quibus admiserunt, non solere vel semel aliquid mali agere, ideoque occasione illam debere respectu illorum censeri remotam, tamen id credi non potest nec debet, cum plerumque interveniant occasia, tactus, alpeclus aut saltem cogitationes morose, vel delictoria, vel commotiones turpes, que rutilianis tales forte non apprehendunt esse peccata, sunt autem & debent, per se loquendo, obligari ad ea cavenda.

9. Inter occasiones proximas peccandi sunt etiam choreæ, præsertim nocturnæ: quas puellæ cum adolescentibus, concurrentes agitant, nam interveniunt oculos, amplexus, gestulationes turpes, petulanties tactus, sermones impudici &c. a quibus, moraliter loquendo, impossibile est abesse pravas commotiones, imaginationes, delationes, desideria: hinc S. Anton. par. 2. tit. 6. cap. 6. §. 2. vocat choreas iter diaboli; S. Ephrem pompam diaboli; S. Chrysoft. tripudia, quibus saltat diabolus. Similiter popinarum frequenter ordinarie habet adjuncta multa pericula peccandi per rixas, detractiones, turpiloquia, inebriationes sui & aliorum, non putem tamen hæc popinarum pericula respectu plerumque esse proxima, quia si sint respectu alicuius, si vitare non velit, non est capax abolutionis.

10. Quod dictum est de periculis mortalium, applicari debet periculis venialium, unde quamvis Con. de Penit. d. 2. num. 230. Laym. lib. 5. t. 6. cap. 5. num. 20. Tamb. in meth. Conf. Lib. 1. cap. 3. num. 14. Palav. de Penit. num. 292. Semerey. de penit. quest. 7. p. 3. quest. 6. dicant ad penitentiam & remissionem venialium non requiri propositum vitandi occasiones illorum proximam, tamen oppositum est tenendum, quia quæ occasiones illas non vitare, non vult vitare illa peccata, ergo de illis non habet firmum & efficacem dolorem aut propositum, uti recte Arr. de penit. d. 38. num. 38. Bosco num. 248.

Quest. 46. An veniale aliquando fiat mortale ratione numeri? Resp.

§. 1. Aliqua vitæ venialia, quorum materia & effectus inter se nunquam uniantur in ordine ad constituendum aliquid unum, & talia sunt otiosa verba, mendacia, delationes sensuum. Item omnia illa, que sunt circa res præceptas diversis determinate temporibus, statim tempore obligatio finitur, uti sunt venialia circa Missas, jejunia, Horas canonicas plurium dierum, obligatio enim ad illa finitur cum singulis diebus, quibus præcipiuntur. E contra alia vitæ, quorum materia vel effectus uniri possunt in ordine ad constituendum aliquid unum, sic furta levia eidem facta uniantur ad constituendum unum damnatum grave: multæ leves detractiones de fama ejusdem apud eundem uniantur in ordine ad tollendam bonam de eo exultationem: multæ leves percussiones ejusdem novum vulnus infligentes uniantur ad effectum inferendæ mortis; multæ commotiones rerum noxiarum, vel immodice potationes repetite uniantur ad effectum notabiliter affligendæ valetudinis, multæ commotiones parvæ in die jejunii uniantur ad effectum nutritionis; multæ fabulationes parvæ in Missa, multæ omissiones parvæ in Horis unius diei uniantur ad constituendum omissionem partis notabilis &c.

§. 2. Peccata venialia, in quibus materia vel effectus non uniantur, quantumcumque numero multiplicentur, non sunt mortalia, uti recte S. Thom. l. 1. 2. q. 88. art. 4. in corp. omnia peccata venialia de mundo non possunt habere tantum reatum quantum unum mortale. Sequuntur omnes communissime, hinc Casfr. & Ovid. dicant id certum esse apud omnes Catholicos, Rhodes d. 1. quest. 3. sect. 2. dicitur censeri communitur esse de fide: hinc Gloff. in Can. res sunt de penit. disp. 1. que dicebat ex venialibus fieri posse mortale, iusta Pontificis est deleta, uti refert Henricus d. 7. num. 46. Ratio autem est, 1. Quia per venialia, in que frequenter labimur, non excludimur a gratia Dei, ut docet Trid. sess. 14. can. 5. ergo talia venialia, etiam frequentia, non sunt mortalia, si enim unum veniale nullam habeat oppositionem cum gratia, nec unum habeat unum mortale. 2. Mortale est in superiore specie, & in supremo ordine peccati, ergo nulla multiplicatio venialium potest illud attingere, sicuti nulla multiplicatio brutorum potest attingere perfectionem speciei, que est homo. Et ratio utriusque a priori est, quia quantumcumque multa addantur individua, singula sunt & manent in specie inferiore ac imperfectiore, habentque differentiam essentialiam aliam, quam species superior, neque invicem faciunt intentionem aut quid perfectius, sed tantum extensionem: ergo ob multiplicationem individuum in inferiore specie, nunquam potest attingi species superior. 3. Sententia illa dicens per multiplicationem venialium fieri mortale, est exposita inhiis scrupulis, semper enim timere poterit homo, ne forsitan per primum veniale, quod committit, impleatur numerus ad mortale requisitus, & sic per omne veniale peccabit mortaliter, quia se exponit periculo peccati mortalis, neque tamen unquam hoc scire poterit, in ordine ad Confessionem.

Objicies 1. Ex duobus non hominibus, nempe ex corpore & anima, fit homo species distincta a singulari partibus: Item ex duobus binariis fit quaternarium in ratione numeri specie distinctum a binariis, ergo ex pluribus venialibus fieri poterit unum mortale. Conf. quia ex multis parvis gradibus fit unum magnum mare, ergo ex multis parvis peccatis poterit fieri unum magnum. Resp. N. conf. priora illa habent de se incompletionem physicam ad invicem, & aptitudinem, ut uniantur, hinc unia faciunt unum. Venialia non habent incompletionem ad invicem, nec in quo uniantur in ordine ad faciendum unum mortale. Ad Conf. etiam n. conf. mare non est nisi collectio partium unitarum, sicuti continuum non est nisi collectio partium unitarum, & in utroque tam partes quam totum sunt ejusdem nature & speciei, non item veniale & mortale: Vide dicenda num. 291.

Objicies 2. Si multæ materie leves uniantur ad constituendum unum grave, ergo poterunt etiam multa venialia ratione talis materie moraliter uniri ad constituendum unum tale. Ita Bonep. d. 9. a. num. 92. Resp. N. conf. materie uniri possunt, quia una auget alteram. Veniale unum non potest augere alterum, & cur ex omnibus venialibus simul sumptis non possit fieri mortale, satis dictum est num. 275.

Insp. Si quis per 20. actus simul habitos vellet eidem furari 20. solidos, singuli actus essent veniales, & tamen talis homo peccaret mortaliter: ergo ex illis 20. venialibus fieret mortale. Resp. N. 1. partem aut. nam si tales 20. actus possint esse simul, de quo dubitat Arr. d. 48. num. 24. per singulos peccaret mortaliter, quia cognoscit per illos accipi 20. solidos, & singuli actus sunt a voluntate simul tendente in damnatum grave, ad quod nihil refert, quod intendatur per unum vel plures actus: ergo hoc ipso singuli actus sunt mortales, & præterea idem, quia obiectum singulorum actuum est complementum damni gravis, ex suppositione aliorum concomitantium.

Objicies 2. SS. PP. apud Bellarm. de anist. gratie lib. 1. cap. 13. clare dicunt ex multis peccatis levibus fieri unum grave, sic S. August. tract. 12. in Joan. Minuta plura peccata, si negligenter occidunt; minuta sunt gutta aqua, sed flumina implent: minuta sunt grana arena, sed si multa arena impositur, premit atque opprimat. Et ferm. 3. in Palm. 98. Etsi non singulis vis molibus corrumpunt, omnia tamen acreo nos obruant: Item utitur hoc similitudine, quod morbus curabilis fiat quandoque incurabilis. Resp. SS. PP. tantum volunt, quod mala venialia disponunt ad mortale, uti eos recte explicat S. Thom. ad 1. hinc etiam Eccl. 10. dicitur: Qui spernit modica, paulatim decedat. Et illa quidem venialia, que sunt ex indeliberatione vel parvitate materie, cum versentur circa idem obiectum, circa quod etiam est mortale, directe disponunt ad mortale, causando habitus, qui faciunt ad idem obiectum: Reliqua autem, que ex genere suo sunt venialia, indirecte tantum disponunt, in quantum tollunt fervorem Charitatis, minuunt timorem Dei, causant majorem audaciam in peccando, demerentur gratias actuales, per quas referretur mortalibus. Ad similitudinem, disparitas est, quod morbus curabilis sit dispositio permanens, que potest in se augeri usque ad illationem mortis, veniale est actus transiens: & quamvis esset quid permanens, tamen augeri non potest, vel intendi per alium actum. Ex his,

Inferitur, velle committere omnia ejusmodi venialia, per se & speculative loquendo, non est mortale, est tamen magna dispositio ad mortale, & in praxi, tali voluntati sepe conjungitur mortale. Præsertim tenent Gran. Salas, Casfr. t. 2. d. 2. p. 9. §. 3. num. 5. Ovid. contro. 3. num. 81. Moya T. 1. tract. 6. d. 2. q. 1. contra Sanch. Bonac. Rhod. sect. 4. §. 1. & alios: Ratio autem est, quia committere omnia illa venialia non est mortale, ergo nec velle committere: plus enim est reipso committere, quam tantum velle, & volitio committendi non potest majorem trahere malitiam, quam habet obiectum non potest majorem trahere malitiam, quam habet obiectum ipsius commissio. Dixi, per se, nam si aliquod veniale vel aliquod venialium collectio esset alicui periculum proximum peccandi mortaliter, hoc ipso quod veller tale veniale aut talem collectionem peccaret mortaliter, uti constat ex dictis a. num. 256. Ratio secunda pars infirmata est num. 287. quia sic dispositio non habet fervorem charitatis, nec magnum Dei timorem sine quibus non dicitur perseverare absque mortali. Deinde talis vult quascumque occasionem remotam tentationum vehementium, & pericula remota peccatorum mortalium, que moraliter non evadit aliqua specialibus gratiis actualibus, quibus se volens reddit indignum, vel reipso rejicit, peccando venialiter: hinc in praxi non dicitur esse mortale.

Objicies. Religiosis paratus transgredere omnes Regulas sui Ordinis quamvis non obligantes sub peccato, peccat mortaliter, ergo multo magis paratus transgredere omnes leges obligantes sub peccato veniali. Resp. peccat mortaliter, per se & ratione Regularum violandarum, n. per accidens ratione contemptus vel scandali vel damni, quod causat fieri ad Religionem, c. antec. & idem dico ad consequens. Vide dicta lib. 4. a. num. 58. Item dicta hic num. 214.

§. 3. Si materia vel effectus multorum venialium uniantur, fieri potest, ut illud, quod de se tantum fuisset veniale, sit mortale, uti habet communis: nam supposito, quod alicui, etiam per vices, furari 20. solidos fit materia gravis, si per vices abstulerit 19. semper peccati tantum venialiter, si eripias vigesimum, hoc furtum secundum se fuisset leve, si jam tamen hic ultimus solidus simul sumptus cum prioribus facit materiam gravem, inquam totam censuris vel per ultimum illud furtum, quo volens injuste retinere priores, adhuc accipis illum unum, sicque fereris in illos omnes simul sumptos, adeoque in damnatum grave alterius, ergo hoc ipso peccas mortaliter. Et idem est in similibus materiis, de quibus dictum est n. 284.

Objic. 1. Ultima acceptio tantum leviter occurrit ad materiam gravem, non enim addit nisi aliquid leve, ergo non erit tantum magis mortale, quam priores acceptiones, que etiam concurrunt ad totam materiam gravem constituendam. Resp. huic difficultati satisfactum esse lib. 3. p. 1. num. 1005.

Objicies 2. Si multæ materie leves uniantur ad constituendum unum grave, ergo poterunt etiam multa venialia ratione talis materie moraliter uniri ad constituendum unum tale. Ita Bonep. d. 9. a. num. 92. Resp. N. conf. materie uniri possunt, quia una auget alteram. Veniale unum non potest augere alterum, & cur ex omnibus venialibus simul sumptis non possit fieri mortale, satis dictum est num. 275.

§. 4. Ex principis possit colliguntur seqq. 1. Qui per 20. vices auferit edem 20. solidos, peccat graviter secunda vice quam est lib. 3. p. 1. num. 1005.

2. Si fur accipiens vigesimum solidum nihil cogitaret de prioribus ablatis, aut si restituerit usque ad materiam cum hoc levem, aut si haberet voluntatem restituendi præcedentes, aut si nunc non obligaretur ad illos restituendos, quia vel non possit vel rationaliter presumeret dominum remittere furtum vigesimi solidi, non esset nisi veniale, quia moraliter non uniretur cum prioribus, Rebell. Less. Ovid. num. 109. Merat. num. 5.



284 3. Qui semel complexit materiam gravem, & iterum furatur aliquid, etiam leve, quod cum priore materia ablata faciat unum, iterum peccat mortaliter, ut dictum est lib. 3. p. 1. num. 1007. ubi a num. 1006. videri possunt plura etiam hac spectantia.

285 4. Si factus singularis Feltis toto anno labore per horam, non peccat mortaliter, quia labores illi non ununtur in ordine ad in honorem unum festum: si autem uno festo mane labore per horam, & iterum sub meridie, & iterum vespere, peccat mortaliter: quia labores illi trium horarum (quos suppono esse materiam gravem, secundum dicta lib. 3. p. 1. num. 594.) ununtur in ordine ad in honorem unius festi. Quid dicendum sit, si habeat tres famulos, & singulari imperet, ut successe vel simul laborent una hora, dictum est lib. 2. p. 1. a num. 580.

286 5. Si supponamus, quod singulae Horae brevissimi foris precipiantur, ideoque toties peccetur mortaliter, quot Horae omittuntur, ut dicunt Lessl. & alii, in hac sententia putant aliqui cum Gob. in Exp. t. 5. num. 609. probabile esse non fore mortale, si quis in singulis Horis omittit tres psalmos cum hymno, quantum eodem die omittit saltem 14. psalmos & 8. hymnos, quia secundum hos A.A. ille partes omittit pertinet ad diversas horarum, ergo non ununtur in ordine ad unam materiam continentem: e contra tamen in sententia Navar. Sylv. Lugo, Soto, Tam. de Conf. lib. 2. cap. 2. num. 12. quod probabilis dicunt, tanquam partes unius integri officii, quod probabilius dicunt, qui per totum officium tam multum vel paulo plus omittit, quam est integra pars Hora, peccat mortaliter, quia partes illae spectantes ad unum ejusdem diei officium coalescunt in unam materiam ejusdem precepti, & faciunt quantitatem notabilem. Vid. dicta lib. 2. num. 1203.

287 Quid dicendum sit, si quis diversis votis venerit pro eadem die diversis materiis leves: item si venerit pro omni die aliquid leve, & omittat multos dies, dictum est lib. 2. p. 1. num. 449. & 450. Quid sit veniale post preterita fieri mortale? Resp. Fie. Q. 47. Quomodo veniale post preterita fieri mortale? Resp. Fie. 1. Ex mutatione legis, quae prius obligabat leviter, si prius obligat graviter. 2. Ex mutatione conscientiae, quae prius dicebat aliquid esse veniale, jam autem dicit esse mortale, ut de utroque a contrario dictum est num. 235. 3. Si peccans venialiter acta esset comparatus propter illud veniale etiam committere mortale, ut sepius insinuat est. 4. Si per oppositionem ad aliam virtutem vel legem accedat malitia mortalis, ut dictum est a num. 127. & exemplum habes num. 241. Quomodo autem veniale fiat mortale ratione scandalii, colligi potest ex dictis lib. 2. a num. 221.

C A P U T III.  
De peccatis capitalibus in specie.  
D U B I U M I.

Quid sit superbia, & quale peccatum?

288 R Esp. I. Superbia est appetitus inordinatus propriae excellentiae: mortalis est ex genere suo, si sit consummata & perfecta, id est, si quis ita excellere appetat, ut Deo, Superioribus, eorumque legibus subici non velit. Imperfecta tamen, quae subici non renuens, in quibus debet, & in suo tantum affectu sese magnificat, est tantum veniale, ut docet Cajet. v. Superbia, in qua sine Dei & aliorum depecta plus iusto se esse, non est gravis inordinatio: esset tamen gravis, si fieret cum notabili aliorum contemptu, complacendo in aliorum abiectione.

Resp. II. Filiae superbiae sunt tres. 1. Est presumptio, quae est appetitus aggressivus aliquid supra vires. Est communiter veniale tantum: si tamen mortale, si damnum Deo aut proximo afferat, v. g. si praesumas jurisdictionem Ecclesiasticam, postulare Ordinis sacri, item officium Medici, Advocati, Confessarii, &c. sine debita perita, Lessl. lib. 3. cap. 3. d. 3. num. 18. & supra lib. 4. t. 3. d. 9.

2. Est ambitio, quae est inordinatus appetitus dignitatis, & honoris non debiti, vel debito majoris, ut si ambias beneficium, vel officium, quo es indignus, vel illicito modo & medio, v. g. per simoniam, est per se peccatum veniale, fit autem mortale, vel ratione materiae, ex qua, vel ratione modum, per quod honor queritur, vel ratione damni, quod proximo inferitur. Denique si moderate honor appetatur ob honestum finem, erit actus magnanimitatis, ut docet Laym.

3. Est vana gloria, scilicet cupiditas inanis gloriae, cuius finis est manifestatio inordinata propriae excellentiae, sive vere, sive fictae. Dicitur, vana, quando queritur ex re mala, falsa aut ficta, aut quae non est digna gloria, vel non tanta, ut ex opibus, nugis, &c. aut apud eos, qui non bene de re iudicant, aut sine debito fine. Est peccatum per se veniale, mortale saepe per accidens, ut dictum est de ambitione. Imo, ut contra Angelum recte docent Sylv. Nav. cap. 17. &c. & est tantum veniale res etiam sacras principaliter facere ob gloriam vanam, v. gr. concionari.

Porro per vanam gloriam dupliciter peccatur, juxta D. Th. 1. 2. quaest. 13.

I. Directe, idque vel per verba, estque iactantia, quae est venialis per se, si fit de rebus bonis, v. g. de junio, oratione, &c. etsi per accidens fere ratione damni, si fit falsa, fiat mortalis, ut etiam I. si quid dicitur contra gloriam Dei, ut Ezech. 28. Dens ego sum. 2. Si prorumpat in contumelias, v. g. non cum securi ceteri hominum, adulter, &c. ut hic. 3. Ex fine malo. 4. Si cum notabili damno proximi fiat. 5. Si de re mortaliter mala, quae approbatio operis eadem cum illo peccatum habet (quae proinde in Confessione debet exprimi saltem quando cum iactantia de peccato, conjuncta fuit complacentia, quod addo, quia si absque ea fuit, Nav. Palaus, & Diam. p. 2. t. 4. R. 116. docent contra Sanch. Lop. Rodrig. &c. non necessario expoliari. Vid. Lug. de Penit. d. 16. num. 267.) vel per facta, quae si vera sunt, & aliquid admirationis habent, dicitur inventio novitatum; haec enim solet vulgus ad-

mirari, ut peregrinas vestes, opiniones &c. mortale si notabiliter corrumpt juvenutem, vel mores. Si vero facta falsa sint, est hypocritis, v. g. si quis boni aliquid faciat, ut videatur bonus, etsi non sit; quae ex se venialis est, nisi sit cum injuria, vel contemptu Dei & proximi.

II. Indirecte, in quantum quis altero non vult esse minor: Quod fit quadrupliciter. 1. Per intellectum; & est pernicia, quae quis nimis tenaciter adhaeret suae sententiae; quae est mortalis, si oppugnet veritatem magni momenti; vel si sit conjuncta cum periculo tertii, v. g. si Medicus cum periculo aegri maneat in sententia. 2. Per voluntatem, & est discordia; quae peccatur mortaliter, quando est circa bonum Dei, vel proximi, in quo debent esse concordia. 3. Per verba; & est contentio, quae est mortalis, quando animo contradicendi alteri circa veritatem pertinentem ad fidem, vel salutem animae aut corporis. 4. Per facta, dum quis non vult exequi quod debet: & est inobediencia. Vid. Baldell.

Resp. III. His tribus superbiae filiabus respondet pusillanimitas; quae quis nimium sibi diffidens detrahit honores, gloriam, vel officium, quod dignitas est: veniale est ex genere suo, fit mortale, si detrahet, ad quod tenetur lib. mortaliter. V. Lessl. num. 48. Laym. lib. 3. sect. 5. Ex dictis resolvuntur sequentes Casus.

I. Audiens laudem alterius, vel suam, de re mortaliter mala, peccat mortaliter, si approbet, suscipiat, admiretur ut laudem dignam, Sanch. Bald. d. 29. lib. 3.

II. Vituperans alium ob vindictam non sumptam, aliudve grave malum vel peccatum omnium, v. g. fornicationem, peccat mortaliter, quia est species iactantiae, & est cum approbatione peccati, & occasio committendi. Ibid.

III. Inducens in civitatem novos habitus, & praevidens, quod suo exemplo morale necessitatem imponat aliis, ut sumptus faciant supra vires, & postea non possint alere, quos debent, vel creditoribus non satisfacere, peccat graviter, Baldell. loc. cit.

IV. Exornare se nimium ex animi levitate, vel ex vanitate, per se tantum est veniale. Ibid.

V. Simulare sanctitatem cum voluntate non habendi mortale esse dicit Baldell. loc. cit.

VI. Simulare improbitatem, est peccatum, quia est mendacium, & quidem scandalosum, potestque esse mortale. Neque id fecerant Sancti, nisi faciendo illud, quod ex se indifferens, & permittendo ab aliis accipi, ut signum improbitatis; cum tamen nec ex natura sua, nec ex eorum intentione esset tale.

A D D E N D A.

289 Quid sit superbia, & quale peccatum? Resp. Haec pauca: 1. Quomodo praeterita peccetur per superbia, videri potest num. 204. ad 4. 2. Ut iactantia de peccato mortali sit mortalis, debet esse de opere, quatenus fundat malitiam, nam qui se iactat tantum, non de opere ipso, sed de sua fortitudine, ingenio, artificio, dexteritate in opere ipso demonstratis, non peccat mortaliter, ut recte Sanch. in Decal. lib. 1. cap. 3. num. 12. & Spor. Theol. mar. p. 1. t. 1. cap. 6. num. 45. 3. Si opus tuum mortaliter maium laudet, & ideo tibi complacens, peccas mortaliter, quia approbas & complacentiam habes in objecto mortaliter malo: si autem tantum taceas, non ideo peccas, saltem mortaliter. 4. Non est turpis superbia, quam affectata humilitas, quae tum est, quando ex humiliaatione queritur aestimatio vel honor. Humilitas est virtus sincera, nolens videri, sed esse & regi.

D U B I U M II.

Quid Avaritia?

R Esp. I. Est inordinatus appetitus temporalium. Unde est hoc, & regula supra tradita de peccato mortali, resolvuntur sequentes Casus:

I. Est ipsa ex genere suo venialis.

II. Cum vero ex exerceat, ut eius causa divinas leges praevicari non dubites, fit mortalis.

III. Prodigalitas, quae opponitur avaritiae, & consistit in defectu conservandi, & excelsa erogandi, est ex genere suo venialis: levior quam avaritia, quia minus abit a virtute liberalitatis. Interim mortalis fit, si liberis & uxori pauperum crees; si impotentem te reddas ad solvenda debita; si profundas bona Ecclesiastica piis causis obnoxia. V. Lessl. lib. 2. cap. 47. d. 8.

Resp. II. Filiae Avaritiae sunt sequentes:

I. Obscuratio cordis, (contra misericordiam) egenis & pauperibus non compatendo, eos oburgando, debita duntaxat exigendo, quando creditor non est solvendo, &c. Hac aliquando peccari potest mortaliter, quando preceptum elemosinae vel charitatis urget, & tamen est tali duritia non subvenitur, Navar. cap. 27. Tolet. lib. 3. cap. 29. Vid. dicta de charitate proximi.

II. Inquietudo cordis, hoc est, vehemens & inordinata applicatio mentis ad acquirendas, vel conservandas divitias, cum inani & vano timore, non acquiratur, vel perdatur. Est mortalis, quando retrahit a spiritualibus, vel aliis, ad quae ex precepto gravi obligatur, (v. g. auditione Missae) vel inducit superfluum timorem, ex hoc diffidentiam erga Deum. Venialis est, si fit de re bona, sed tempore vel loco indebito; v. g. de familia, messe, vindemia, quando quis est in templo, vel vacandum est Deo, S. Thom. 2. 2. quaest. 55. art. 6. Reg. lib. 33. cap. 2. quaest. 3. Etcob.

III. Violentia mortalis est, quando est iniusta, & circa materiam gravem.

IV. Fallacia, sine dolo in verbis, potest esse mortalis, ratione finis, vel mediourum.

V. Fraus, sine dolo in facto. Est mortalis ex genere suo, contingitque multipliciter in contractibus, tam ratione materiae (v. gr. si ea vitium habet, vel non sit qualis existimatur) quam

quam ratione pretii, Navar. manual. cap. 23. Tolet. cap. 47. Etcob.

VI. Proditio, quae est deceptio proximi contra fidem datam aut debitam, in damnum illius, mortalis est ex genere suo. Contingit fere tripliciter. 1. Circa pecunias, quomodo Judas Christum, Dalila Samlonem perdidit. 2. Circa res, vel immobilis, (ut si miles manifestet hosti modum capiendi arcem) vel mobiles, ut si pecuniam, vestem &c. conjunctam abscondit, praedoni ostendat. 3. Circa secretum, vel libi commissum revelando, quod est contra fidelitatem & iustitiam, si quidem promissum fuit; quia est pactum onerosum, ut docet Lugo d. 14. num. 139. & quidem mortale, si providere possis inde securum notabile aliorum damnum; vel discordiam (alias veniale) vel alienas litteras aperiendo, & legendo. Quod postremum, si fiat ideo, ut sciat secreta alterius, est cariositas, & si fit in re gravi, per se est mortale. Quod quia communiter ante apercitionem necitur, communiter esse mortale docet Tolet. cap. 45. Baldell. lib. 3. d. 11. Nav. cap. penult. d. 6. de Penit. Mol. Laym. lib. 3. t. 3. p. 1. cap. 4. cum alterius injuria vel damno, crimen falli committit. Dixi, per se esse mortale, quia per accidens potest esse veniale vel nullum, si legitima auctoritate, iusta ex causa fiat. Unde resolvuntur Casus sequ.

I. Litteras alienas aperire & legere, serpe non est peccatum, si probabiliter scias, scriptas esse in tuum injuriam, & minimum, vel injuriam tuam cedere, quam intendas avertere, quia potes tibi consolare. Sic Princeps potest aperire litteras non tantum hostium, sed etiam aliorum, quae tempore belli, ex locis finitimis hostium veniant. Item ministri publici, quoties bono publico necessarium esse iudicant, Nav. manual. cap. 12. Reg. lib. 24. num. 60. Etcob. Lug. num. 148.

II. Communiter etiam peccatum non est, si consensus expressus habeatur ejus, a quo vel ad quem mittuntur, (neque lex specialis veter. Lug. lib. 2.) vel tacitus saltem, ut si scias sub rathabitatione, confidens rationaliter, habitum iri ratum. Ita Etcob. ex Nav. Regim. &c. loc. cit.

III. Superior Religiosus litteras fuorum subditorum, dummodo non mittantur ad Superiorem majorem, vel talem quem statuta eximant, nec ab eo veniant, licite aperit, & legit; si ve Religiosus statuto aut consuetudine; si ve ex suspitione probati, quod mali aliquid contineant. Vid. Etcob. Peyrinum de Relig. tom. 1. quaest. 2. cap. 1. Dian. p. 3. t. 6. R. 55.

IV. Nec est peccatum, si necesse sit vel expediat ad injuriam alteri imminenter avertendam, dummodo non plus legatur, quam ad suum finem necesse est. Lug. loc. cit.

V. Qui aperit & legit, existimans non contineri res magni momenti, venialiter tantum peccat. Lug. loc. cit.

VI. Si litteras ab alio dilaceratas, et in publicum a domicilio abjectas, recolligas, & jureis partibus legas ex sola curiositate, peccatum veniale est: nullum autem, (per se) si ut ex illa noticia tibi provideas, quia quod pro derelicto habetur in usum tuum convertere licet, Baldell. ex S. Anton. & Rosel. Sylv. v. emptio quaest. 17. Laym. num. 5. Dian. p. 3. t. 6. mife. R. 55. Recte tamen notat Laym. loc. cit. talem ex charitate teneri non manifestare secretum in usum contentum, si damnus inde cupiditatem provenire possit: imo (addit) revelans ejusmodi secretum (cujus notitiam etiam iure acquisivit) contra iustitiam peccat, si intelligat audientes ea notitia utros ad damnum iniuste inferendum. V. Laym. loc. cit.

Dixi I. a Domino projectas: quia si vel ab alio projectae (domino infuso,) vel ab ipsomet causa perditae fuerint, non licet legere.

Dixi II. In locum publicum, quia si in ignem, vel fornacem, v. g. projectae sint, ut comburantur, peccas, si extrahas & legas. V. Lug. d. 15. num. 150.

Dixi III. Per se: quia fieri potest, ut ea contineantur, quorum lectio fit perniciosa.

VII. Qui furtive scripta alterius secreta, ipso invito legit, peccat. Et I. quidem, peccato curiositatis; etsi faciat animo descendendi, & sine suspitione damni. 2. Injustitiae, quia quisque habet jus secreti in suis scriptis, quae alii non vult esse communia, Navar. cap. 15. Molin. t. 5. d. 36. num. 2. Reg. lib. 24. cap. 6. num. 19. Potestque aliquando esse mortale, si nimium fiat cum notabili damno, vel alter valde cupiat esse secreta, gravissimeque fit laetatus, Baldell. d. 11. V. etiam Lug. loc. cit.

VIII. Quicumque secretum violat absque iusta causa, cum alterius damno, vel litteras alterius iniuste aperit, ex quo damnus alteri legitur, tenetur ad restitutionem, Bon. d. 2. de restit. quaest. 1. p. 1. Trull. lib. 7. cap. 10. d. 32.

Nihil occurrit hic addendum: sed circa apercitionem litterarum vel prodicionem secreti videri possunt etiam dicta lib. 3. part. 2. num. 1236.

D U B I U M III.

Quid Luxuria?

291 R Esp. I. Est appetitus inordinatus venererorum, quorum generis humani, quod est magnum bonum hominum, & eternum Dei, proinde qui abutitur, laedit Deum, & homines. Est mortalis ex genere suo. V. supra lib. 3. t. 4. cap. 2. & lib. 5. cap. 1. d. 2.

Resp. II. Filiae luxuriae, quae cum plerumque sequuntur, sunt octo: quatuor ex parte intellectus; & quatuor ex parte voluntatis.

1. Cavitas mentis, cum quis adeo est addictus turpitudini, ut de caelestibus non cogitet.

2. Precipitatio; quae quis ex eadem causa, sine consilio operatur.

3. Inconsideratio; quando in modo delinquit, inconsiderate agens, quae statum vel personam edocent.

4. Incontinentia; quando quis ex eodem affectu voluptatum, a piis propositis mox deficit.

5. Amor sui; talis enim homo ob voluptates, se ipsam finem suam actionum facit, non Deum.

6. Odium Dei: lascivus enim solet a rebus divinis abhorre-re, imo ab ipso Deo tanquam peccatorum vindicere.

7. Affectus praesentis saeculi: amor enim voluptatum carnalium ita animam reficit, ut subinde etiam beatitudinem aeternae paratus esset renuntiare, si praesentibus suis semper permitteretur.

8. Horror futuri saeculi: quando voluptatibus immerfus, mortem impropinat timet, & de ea nolens cogitare, vitium illicitis modis propagare studet, &c.

Priores quatuor sunt mortales, quando finis vitium in creatura ponitur, vel preceptum aliquod Dei graviter obligans, praetermittitur: posteriores quatuor, si plenus sit voluntatis consensus, per se sunt mortales; ex indisciplinatione, vel alia actum imperfectione, saepe veniales. Vid. Etcob. & Baldell. II. c.

A D D E N D A.

292 Quid sit praeterita notandum circa luxuriam? Resp. 292. Quae hic addi poterant, jam dicta sunt, partim lib. 3. p. 1. a num. 888. partim hic a num. 77.

D U B I U M IV.

Quid Invidia?

293 R Esp. Est tristitia de alterius bono, prout illud est diminutum, aut privatum propria excellentia; ita ut illud directe sit contra charitatem; haec enim gaudet de bono proximi, quod invidia destructum optat, vel non destructum dolere. Unde resolvuntur:

I. Est ex genere suo mortalis; & gravissima quidem, atque in Spiritum Sanctum, si fit de ipsa gratia, vel auxilio Dei.

II. Filiae similiter ex genere suo mortales sunt ac numerantur haec: 1. Odium de quo supra. 2. Detractio, de qua in praec. 3. Gaudium in malis proximi. 4. Sufurratio, quae est oblocutio malis de proximo ad tollendam amicitiam ipsius cum aliis; quam proinde susurro resistere tenetur, & iterum reconciliare, non secus ac detractor famam. V. in praec. 8.

III. Si tristitia fit de bono alterius, in quantum ex eo tibi vel aliis times nocumentum (v. gr. inimicus tuus est evictus ad officium, ut tibi facilis possit nocere,) non est invidia, sed timor, qui per se non est peccatum, nisi fit ordinatus. Laym. lib. 3. t. 3. cap. 10.

IV. Si tristitia fit ex eo, quod nobis desit bonum, quod alter habet, ita tamen, ut illud alteri non dicimus, non est invidia, sed amulatio seu zelus, qui est circa bonum honestum, est laudabilis; si autem circa temporalia, interdum est veniale; ut si bonum dolenti fit inproportionatum, quale est, si rusticus doleret se non esse Regem, Laym. num. 2.

V. Si tristitia est ex bono alterius, in quantum ille est indignus, non est invidia, sed indignatio; quae non est peccatum: erit tamen, & quidem mortale, si vel Dei providentiam arguat, (et sique blasphemia) vel si ita afficiat, ut ducat homines ad malum imitandum, Caj. Laym. loc. cit.

VI. Si doles quod alter tibi equalis, vel non multum inaequalis, in excellentia crecet, ita ut te superet & ipsum incrementum excellentiae apprehendas, ut tibi malum, est proprie dicta invidia: invidus enim dicitur, quod non sit videns, quia bona alterius sine tristitia videre non potest, Baldell. num. 23. lib. 3. Et sic peccare solent t. Ambitiosi, & qui ex re aliqua quarunt gloriam quam cum in eo ponant, ut in illa re sint soli ac singulares, dolent & tristantur, si alii accedant.

2. Pusillanimes, quibus cum omnia videantur magna, quovis bono alterius putant minus suum; sic mulieres v. g. facie apprehendunt, ac dolent, si superari bono alterius v. g. formositate.

3. Senes respectu juvenum, & quicumque difficultat obtinuerunt, quod alii facile consequuntur, Baldell. loc. cit.

VII. Qui in adversis suis, vel ob aliorum prosperitatem, optat se non fuisse natum, vel se brutum animal factum fuisse, vel diem esse maledictum, quo natus est, vel alterum primo videri aut conjugem accepit; si tantum intendat maledicere irrationali creaturae, v. gr. diei (sive sit nativitatis, sive conjugii) qui tot mala culpe vel poenae proculit, videtur esse tantum veniale, aliquando etiam nullum, ut Jobi; si autem deliberate intendat optare malum homini, sive tibi, sive alteri, illo die natus, vel conjugatus, mortale est. Etcob. & Marchant. Man. cap. 3.

A D D E N D A.

294 Quid sit invidia sit praeterita notandum? Resp. 294. Seqq.

1. Tamb. in Decal. lib. 5. cap. 1. §. 2. num. 37. dicit non esse invidiam nec peccatum, si quis tristetur de bono alterius, in quantum vere est imminutione propriae excellentiae, quia potest de hac imminutione tristari, ergo & de eius causa; sic enim tristatur de bono proximi, non per se, sed tantum per accidens, prout est malum suum. Doctrina illa in praxi est difficilis, nisi supponatur motivum doloris & obiectum diffidentiae esse totum suum malum: unde sicut non licet tristari de vita alterius ob emolumentum temporale, nec gaudere de morte parentis propter hereditatem, ut constat ex damnatione prop. 13. & 15. facta ab Innoc. XI. quamvis licite desideres emolumentum tuum & hereditatem, ita & hic.

2. Burgh. cap. 1. c. 28. recte dicit, si mercator doleat homi-